



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Totius Tractatus De S. Matrimonij  
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

**Sánchez, Tomás**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

N.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41559**

possit absque alio matrimonium inire, ac profiteri. Non tamen ad eum effectum, ne latus circa hæc, quando reuocari possunt, reclamare possit beneficium restitutionis petens, l. 7. disp. 37. nu. 29.

## N

## Nouitiatus.

1 **N**ouitiatus est repetendus à transeunti ab vna religione ad aliam. lib. 7. disp. 37. nu. 47.

2 Siue nouitiatus sit irritus, siue validus, nulla ipsius iteratione opus est ad professionem irritam ratam habendam: licet nullitas professionis, & nouitiatus publica sit, ob professi inhabilitatem, lib. 7. disp. 37. à num. 45. vsq; ad 48.

3 Nouitiatus inchoatus post pubertatem, & impletus ante decimum sextum annum est validus, l. 7. disp. 37. nu. 49.

4 Quando professio fuit nulla defectu nō premittæ informationis à Sixto Quinto, quando maior sexdecim annis profitetur, & in nouitium ingreditur, non irritatur nouitiatus, etiam quando illegitimi non ex sacrilego, aut incestuoso concubitu nati, recepti sunt, non præmissâ dictâ informatione. Est tamen irritus, si ex incestuoso, vel sacrilego nati sunt, sed non repetendus, lib. 7. disputat. 37. numer. 54 & 55.

5 Annus nouitiatus non exigitur in religio-

gionibus militaribus ad professionis valorem,  
l. 7. disp. 44. nu. 8.

## Nuptia.

1. Secundæ nuptiæ, tam ex parte viri cum pluribus vxoribus, quam ex parte vxoris cum pluribus viris, sunt iure naturali irritæ, primis non dissolutis. Vnde nulla consuetudine, nec dispensatione, nisi Dei, possunt esse licitæ, vt fuit dispensatum cum Patribus antiquæ legis. Quæ dispensatio non fuit extensa ad populum Gentilium, & hodie in lege Euangelica cassata est à Christo seruatore nostro, quando Matth. 19. reduxit matrimonium ad primum statum, in quo vnica vxor licebat, l. 7. tota disp. 80.

2. Secundæ nuptiæ, & vltiores, prioribus dissolutis, licitæ sunt, & verum sacramentum, l. 7. tota disp. 81.

3. Pœnæ impositæ secundis nuptijs initis intra annum luctus, iuri ciuili sunt sex. 1. Vt efficiatur infamis, tam ipsa vidua, quam vir eâ ducens. 2. Vt posteriori viro non possit dare in dotem, nec in vltima voluntate relinquere vltra tertiam bonorum suorum partem. 3. Sit expers cuiuscumque hæreditatis, legati, fidei commissi, donationis causa mortis. 4. Vt priuetur omnibus relictis à viro priori in suprema eius voluntate, ac priuetur non tantum quoad proprietatem, sed etiam quoad vsum fructum, & priuetur sponsalitia largitate. 5. Vt non possit succedere ab intestato suis consanguineis vltra tertium gradum. Vltima est, vt

tencia-

teneatur dare medietatem bonorum filijs prioris matrimonij. Et istæ pœnæ omnes correctæ sunt iure canonico, *lib. 7. tota disp. 37.*

4. Mater per secundum matrimonium validum, nondum consummatum ipso iure perdit tutelam filiorum: licet in testamento relicta sit tutrix filiorum, marito concedente licentiam secundò nubendi. Et idem si mater sit curatrix filiorum. Quod non est correctum iure canonico. Secùs dicendum, si contrahat solù spòsalia de futuro: aut si pater secundò contrahat matrimoniu: nò solù erga filios familias, sed emancipatos. Et mater secundò nubens non petito filijs tutore, adeundo iudicem dare licentiam, incurrit omnes pœnas, quæ mulièri secundò nubenti intra annum luctus iure sunt statutz, quæ num. præced. relatæ fuere, *libro. 7. disputatio. 38. à numero. 4. vsque ad 13.*

5. Mater anno luctus, vel post secundò nubens amittit etiam in foro conscientiz proprietatem bonorum, quæ à viro habuit quocunq; titulo lucratiuo, etiam ex filij successione, vsu fructu sibi reservato, & proprietas transfertur ad filios prioris matrimonij. Et solum bona, non aurem fructus, tenetur reservare illis. Et nò potest in aliqua parte istorum bonorum aliquem ex illis filijs præferre, quando coniux secundò coniugatus habuit immediate ea bona à coniuge defuncto. Tamen alienante parente talia bona, filij non possunt reuo-

renocare alienationem viuentem illo, secundum  
veriorum sententiam, *lib. 7. disp. 89. à nu. 1. vsq.*  
*ad 8.*

6. Vt mater teneatur reseruare talia bona  
filijs prioris matrimonij requiruntur quatuor  
conditiones. Prima est, vt mater ad secundas  
nuptias transeat: & idem de patre, auo, proa-  
uo, & alijs ascendentibus, vel descendentes.  
Secunda, vt bona sint acquiritur ex coniugis  
defuncti patrimonio. Tertia, vt sint acquiritur  
titulo oneroso. Ultima, vt supersint filij ex  
priori matrimonio, *l. 7. disp. 89. nu. 9.*

7. Dantur aliqui casus, in quibus parens  
transiens ad secundas nuptias eximitur ab ob-  
ligatione reseruandi bona ex coniugis defun-  
cti substantia habita filijs prioris matrimonij.  
Prima est, si filius decedens testetur, & insti-  
tuet parentem heredem bonorum, quae a pa-  
rente defuncto consequutus est. Quod intel-  
lige, siue ante, siue post filij mortem transierit  
ad secundas nuptias. Secunda est, quando filij  
prioris matrimonij consensum praestiterunt se-  
cundis parentis nuptijs. Requiritur tamen  
consensus omnium filiorum de quorum suc-  
cessione tractatur, aut si decesserint, nepotum.  
Item exigitur, quod filij aut nepotes sint pu-  
beres, & certiores facti consentiant. Tertia  
est, si coniux defunctus consensum praestet, vt  
superstes ad secundas nuptias transeat. Et suf-  
ficit talis consensus, vt vidua nubens intra an-  
num luctus non incurrat poenas in iure statu-  
tas, &

tas, & impunè transeat ad tertias, & vltiores nuptias. Secus dicendum, quando fœmina transiens ad secundas nuptias, est minor, aut quando filius moritur post ætatem pupilla: Æ. Vltimus casus est, quando coniux de licentia Principis ad matrimonium transeat; quod privilegium intelligitur absque præiudicio tertij, *lib. 7. disp. 89 à nu. 41. vsque ad finem.*

O

## Occasio.

**L**icitum est permitttere, seu non auferre mali occasionem ob aliquod maius bonum, v. g. vt aliquis deprehensus resuscipiat, *lib. 10. disp. 12. nu. 52.* Offerre tamen talem occasionem, aut consulere, nunquam licet, *ibid. num. 53.*

## Opinio.

1 Opinio singularis alicuius Doctõris sustinentis matrimonium, præfertur plurimum sententiæ illud impugnantium: nisi textus auctoris imitatur, *lib. 1. disp. 18. nu. 7.*

2 Opinio parum probabilis & tuta potest ratione magni periculi amplecti, *lib. 2. disp. 36. num. 8.*

3 Opinio communis, aut verior non dicitur ex multitudine authorũ perfunctorie tractantium, *lib. 3. disp. 44. nu. 2.*

4 Opinõibus existentibus, an aliquis sit legitimus parochus ad assistendum matrimonio, vel audiendas confessiones; vel an aliqua licentia sit legitima; vel privilegium Bullæ sit

P

reuo-